

jussi sunt comburi, ne religioni officerent; Protagoræ libros  
in quibus dicebat, se dubitare, an esset ulla divinitas, Athe-  
nienses in concione exusserunt. Cic. *L. 1. de nat. Deor.* Au-  
gustus Cæsar duo millia fatidicorum librorum concremavit.  
Sveton. *in Aug. c. 32.* Eodem consilio Christiani Principes  
libros noxios persæpè damnarunt, vid. Cœqueus *c. loc.*  
3. *Libri hæretici, lanæ Religioni contrarii, & schismatum ac* 9.  
*scandalosarum contentionum semina spargentes, quales sunt*  
*Photinianorum, Anabaptistarum, Quacrierorum &c.*  
*vid. d. Discurs. nostr. sect. 3. n. 19. Ordin. Polit. Imper. de an-*  
*no. 1577. tit. 35. §. wenn wir nun 2. ibi: der Lehr der*  
*Christlichen Kirchen gemäß befunden. Weber de jure Con-*  
*sistor. sect. 13. ubi ait: quid hujus furfuris libri non impri-*  
*mendi aut ubi jam tum impressi fuerint, ocyùs ex-*  
*terminandi aut confiscandi sint, dantibus interim pœnas au-*  
*toribus. Gloss. in cap. qui peccat XXIII. q. 4. quia alienum*  
*ignem in Ecclesia accendunt. Gloss. in cap. inter hæc dist.*  
*3. de penit. Hieronymus, ex Levit. 10. vers. 1. ait: In*  
*crimine hæreseos nolo quemquam esse patientem, quia qui*  
*lapsus est, sibi tantum nocuit, qui hæresin, vel schisma fa-*  
*cere conatus est, multos secum trahendo decepit, illic ani-*  
*mæ unius damnum, hîc periculum est plurium, ut loquitur*  
*Tertull. in tract. 3. de simpl. Pralat. Add. Constitutio*  
*Impp. Theodosii & Valentiniani in l. damnato 6. §. 1. C. de*  
*hæret. & Manich. ubi dicitur: Nec vero impios libros nefan-*  
*di & sacrilegi Nestorii adversus venerabilem orthodoxam*  
*sectam, decretaque Sanctissimi cœtus Antistitum Ephesi ha-*  
*biti, scriptos habere, aut legere, aut describere quisquam*  
*audeat, quos diligenti studio requiri ac publicè comburi*  
*decernimus &c. Et in Canon Sanct. Apost. can. 59. cavetur: II.*  
*Si quis falsò inscriptos impiorum libros, tanquam sacros,*  
*in Ecclesiis ad populi & Cleri corruptionem publicaverit,*